



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Acta Apostolorum to. primus

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

15. Qui cùm venissent, (Petrus & Ioannes) orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum S.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39424

exercere; nec ideo Petrum corpori magis subiectum fuisse quia ab illo missus fuerat, quam aut Filius Dei Patri, aut Spiritus S. Patri ac Filio subiectus dici potest, quia à Patre Filius, & ab utroque Spiritus Sanctus in hunc mundum missus est: neutra missio vel ab imperio quasi à maiore, neque à consilio quasi à sapientiore, sed utraque à communi & mutua voluntate profecta est. Hanc de re alio in loco plura disputauimus.

In princip.
fidei lib. 6
cap. 14.

15. Qui cum venissent, (Petrus & Ioannes) orauerunt pro ipsis, ut acciperent Spiritum Sanctum. 16. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati autem erant in nomine Domini Iesu. 17. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum.

Sacramentum confirmationis late astringitur & defenditur.

Describitur his verbis alterum Ecclesie Christianae Sacramentum à baptismo distinctum, quod ab effectu quidem confirmationis vocatur, ut in epist. Melchiadis Papae ante annos 1200. in Concil. Aureliano can. 3. ab Eusebio Emiseno in sermon. de Pentecoste, à Diuo Bernardo in vita S. Malachiae, & à posterioribus Concilijs ac Patribus omnibus. Vocabulo tamen æquiualehti veteres omnes vsi sunt. Nam à B. Cypriano in Epistol. ad Iubaianum vocatur *Signaculum Dominicum consummans*: ab Ambrosio de Sacram. lib. 3. cap. 2. *Spirituale signaculum perficiens*: à Dionysio Areopag. Eccles. Hierarcho

arch. cap. 4. part. 3. *Inunctio consummans*. A materia vocatur creberrimè *Sacramentum Chismatis* siue vnctionis, cuius rei postea testimonia proferentur. A forma autem qua Apostolos vfos fuisse hîc Lucas commemorat, vocatur *Impositio manuum*. De hoc Sacramento ab Apostolis hîc administrato, & per totam Ecclesiam postea vsurpato, luculentos testes vetustissimos Patres habemus. Cyprianus in epistola ad Iubaianû ita scribit: Illos qui baptizati erant à Philippo, baptizari ultra non oportebat, sed tantummodo quod deerat, id à Petro & Ioanne factum est, vt oratione pro eis habita, & manu imposita, inuocaretur & insunderetur super eos Spiritus sanctus. Quod nunc quoque apud nos geritur, vt qui in Ecclesia baptizantur per prapositos Ecclesie offerantur, & per nostram orationem ac manuum impositionem Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico, sacri videlicet chismatis, consignentur. Hæc ille. Tantundem & Augustinus: Orabant Apostoli vt veniret Spiritus Sanctus in eos quibus manus imponebant: quem morem etiam in suis prapositis seruat Ecclesia, quando scilicet oleo visibili baptizatos vngit. Idè attestatur B. Hieronymus: Non abnuo hanc Ecclesiarum consuetudinem, vt ad eos qui longè in minoribus vrbibus per Presbyteros & Diaconos baptizati sunt, Episcopus ad inuocationem Spiritus Sancti manum impositurus excurrat, cuius exemplum in Actis Apostolorum habes. Hæc ille. Hi igitur Patres, & tota illo-

Cyprianus.

De Trinitate lib. 15. cap. 26.

In Dialo- go aduersus Lucianum.

Tit. 2.

In Epist.
ad Episco-
pos Hisp.

rum temporum Ecclesia, hoc factum Apostolorum ita acceperunt, ut Sacramentum quoddam à baptismo distinctum dari intelligerent, quo ipse daretur Spiritus Sanctus, id est, aliquod nouum & singulare donum Spiritus Sancti. Nam in ipso baptismo dari Spiritum Sanctum, quum sit lauerum regenerationis & renouationis Spiritus Sancti, nemo dubitare potest. Hoc nouum donum intellexit semper Ecclesia esse donum confirmationis seu perfectionis, quo confirmatur Christianus, & perficitur, unde & nomen accepit. *In baptismo* (ait S. Melchias Papa) *regeneramur ad vitam: in confirmatione amamur ad pugnam.* Sic Eusebius Emisenus *Spiritus sanctus in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam.* Sic Augustinus in præfatione secundæ concionis in Psalm. 26. *hac unctione spiritualiter homines perfici dicit.* Sic Clemens Alexandrinus apud Eusebium lib. 3. cap. 17. Hist. Eccles. narrat Ioannem Euangelistam prædonem quendam ad Christum conuersum primum baptismo illuminasse, postea sigillo Dominico, tanquam perfecta tutaque animi eius custodia, obsignasse. Hinc denique à Patribus suprà citatis vocatur *Sacramentum consummans atque perficiens.* Hunc effectum Christus Apostolis promisit & dedit in die Pentecostes pariter cum externis donis linguarum. *Manete* (inquit) *in ciuitate donec induamini*
virtute

vi ruit ex alto. Antea baptizati fuerant; sed accipere Spiritum Sanctum dicuntur, quando induuntur virtute & noua fortitudine ex alto.

Totum hunc locum hæretici hodie, quia Sacramentum confirmationis negant, impie contaminant. Lucas hic (ait Calvinus) non de communi Spiritus sancti gratia loquitur, qua nos sibi Deus in filios regenerat, sed de singulis illis donis quibus Dominus initio Euangelij quosdam esse præditos voluit, ad ornandum Christi regnum. Hæc ille. Et paulò post: Hoc extraordinarium erat, conferre quibusdam Spiritus dona, quæ regnum Christi & Euangelium illustrarent. Hic enim erat illorum usus, ut quisque pro facultatis suæ modo Ecclesiæ prodesset. Sic rursus in Institut. sua. Visibiles (inquit) illas & admirabiles Spiritus Sancti gratias, quas tunc in populum effundebat, vult Dominus à suis Apostolis per manuum impositionem administrari & distribui. Sed iam cessarunt illa virtutum miracula & manifestæ operationes, quæ per manuum impositionem non nisi ad tempus esse debuerunt. Hæc ille. Sic totum quod hic de Spiritu Sancto dicitur, de solis externis & visibilibus donis intelligi oportere pertinacissimè tuetur tam ipse, quam cæteri omnes horum temporum hæretici. Sed euidenti argumento hæc euasio refellitur. Nempe illa visibilia dona nunquam dabantur sine interna gratia Spiritus Sancti, cuius interni doni hæc externa dona, symbola

Lib. 4. cap.
19. num. 7.

Spiritus
dona vis-
bilia cum
inuisibili
gratia coniuncta
fuerunt.

bola ac testimonia erant. Alioqui symboli fallacia, ac signa mendacia & testimonia falsa fuissent. Quum Apostoli in die Pentecostes hæc dona acciperent, simul inducuntur virtute ex alto, non solum ut loquerentur linguis, sed ut loquerentur linguis magnalia Dei: nec solum magnalia Dei ad ædificationem Ecclesiæ (ut fingit Calvinus) sed ut cum fiducia loquerentur verbum Dei: & ut virtute magna redderent testimonium resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: idque adeo, ut eorum constantiam admirarentur Scribæ & Sacerdotes. Hæc virtus magna, fiducia, constantia, ex nouo diuinæ charitatis augmento processit, quod Apostoli in specie linguarum & ignis acceperunt; illi verò per orationem & manuum impositionem alijs iam baptizatis contulerunt. Sic Spiritum Sanctum ab Apostolis datum S. August. sanior Caluino interpret varijs in locis exposuit. Non amplius, inquit, temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionem modò datur Spiritus sanctus sicut antea dabatur, ad commendationem rudis fidei, & Ecclesiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc expectet, ut, quibus manus ad accipiendum Spiritum Sanctum imponitur, repente incipiant linguis loqui? Sed inuisibiliter & latenter intelligitur per vinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirari, ut possint dicere, Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Dei qui datus est nobis. Rursum alio in loco: Num-

De baptismo
contra
Donatist.
lib. 3. cap.
16.

co: Nunquid modò, quibus imponitur manus ut ac- Tract. 6.
in Epist.
Ioan.
cipiant Spiritum Sanctum, hic expectatur ut lin-
guis loquantur? Si ergo per hæc miracula modò te-
stimonium præsentiae Spiritus Sancti non fit, unde
cog noscit quisque se accepisse Spiritum Sanctum?
Interroget cor suum: si diligit fratrem, manet Spiritus
Dei in illo. Ecce donum linguarum non
erat Spiritus Sanctus qui dabatur per im-
positionem manuum, sed erat testimonium
præsentiae Spiritus Sancti. Sed & iterum
alio in loco, postquam dixisset, *Sacramentum* Contra
Petilian.
lib. 2. cap.
104.
chrismatis in genere visibilibus signaculorum sa-
cro sanctum esse, sicut ipse baptismus est, addit:
Discerne visibile sanctum Sacramentum quod esse
potest in bonis & in malis, ab invisibili unctione
charitatis quæ propriè bonorū est. Hoc igitur do-
nū invisibilis charitatis est ille Spiritus S. seu
illud peculiare donū Spiritus S. quoad eius
augmētū & plenitudinē, quod per impositio-
nē manū dabant Apostoli, & dat Ecclesia.

Addit adhuc hoc loco Calvinus aliam
diuinæ Scripturæ corruptelam. In hunc, in-
quit, modum intelligi debent Ioannis verba, disci-
pulis nondum fuisse datū Spiritum Sanctum quum
adhuc Christus in mundo ageret. Ioann. 7. 39.
Non quod Spiritu prorsus vacui illi essent, sed quia
nondum pollebant eximijis donis in quibus postea
amplior refulsit Christi gloria. Hæc ille: ut nō ni-
si de visibilibus illis donis linguarū, pro-
phetiæ, &c. Spiritus Sanctus intelligi de-
beat qui Christo glorificato credentibus
datus

Calvinus:
sibi ex dia
metro cō-
trariis.

datus erat. Atqui hanc corruptelam, quam
in erroris sui subsidium huc accersere vo-
luit Calvinus, ipsemet Calvinus refutabit.
Nam in commentarijs suis in Ioannem ait
illa Ioann. verba cap. 7. v. 39. *Nondum erat
Spiritus datus, &c.* hunc in modum scribit.
*Supereſt vna quæſtio, num hic viſibiles Spiritus
gratias, an verò regenerationem intelligat Euan-
gelista, quæ ad p. onis eſt fructus. Reſpondeo, in
donis illis viſibilibus tanquam in ſpeculis Spiritum
apparuiſſe, qui aduentu Chriſti promiſſus fuerat
proprie tamen hic agi de virtute Spiritus qua re-
naſcimur in Chriſto, ac efficiuntur nouæ creatura.*
Hæc ille. Rurſum intra cap. 11. ver. 16. illa
Chriſti verba à Petro repetita, *Baptizabi-
mini Spiritu Sancto*, ſic exponit: *Chriſtus ſub no-
mine Spiritus non modò linguarum donum & ſi-
milis designari, ſed totā renouationis noſtræ gra-
tiam.* Videmus hîc quanti interſit, menda-
cem eſſe memorem. Calvinus magiſter
médax, ſi quis alius, dū ipſa Euan-
gelistæ verba pertractat, *Nondum erat Spiritus datus, &c.*
ingenuè affirmat proprie illic agi de virtute
Spiritus qua renāſcimur in Chriſto, &c. At,
prorſus immemor eorum quæ illic docue-
rat, nunc ſuper Acta, vt Spiritum Sanctum,
qui per impositionem manuum Apoſtolo-
rum dabatur, ad ſola dona viſibilia reſtrin-
gat, idem Euan-
gelistæ dictum, non iam de
Spiritu Dei intus operante, ſed de viſibili-
bus iſtis donis intelligi vult. Atqui illum
Euan-

Euāgelistæ locum nec de visibilibus donis, nec propriè de gratia regenerationis, quæ est adoptionis nostræ fructus in sensu Caluini, sed de varijs & amplissimis gratiæ donis ad vitæ nouitatē ac sanctitatem conferendis intelligi oportere iam antea docuimus. Quare ille locus ad præsentis loci corruptelam Caluinum iuuare non potest. Imò verò si rectè aduertimus, hic planè locus Caluini errorem iugulat. Si enim Spiritus sanctus, qui per impositionē manuum Apostolorū dabatur, ille Spiritus est quem accepturos credentes Christus apud Ioannem cap. 7. ver. 38. promisit, vt Calvinus hoc loco iudicat, & ipsa veritas est; manifestè rursum euincimus, non sola dona visibilia, sed interna diuinæ gratiæ dona (quæ tanquam in speculis in illis visibilibus apparebant, vt ipse Calvinus affirmat) Spiritus Sancti nomine hoc loco intelligi oportere. Ita pro veritate inuitus & nolens certauit hoc loco Calvinus.

In Antidote
tis Euan-
gelicis ad
Ioan. cap.
7. ver. 38.

Sed nunc, cur totum hunc locum ita deprauare Calvinus studuerit, aperiendum est.

Hoc (inquit) ideo notandum est, quia Papistæ, dum fictitiā suam confirmationē extollere volunt, in hanc sacrilegam vocem prorumpere non dubitant, in semichristianos esse quibus manus nondum fuerunt impositæ. Atqui non Papistæ, sed veteris Ecclesiæ sanctissimi Patres, Cyprianus, Augustinus, Ambrosius, & alij suprà citati, pro Pa-

Papistarū
nomine
totam An-
tiquitatē
crimina-
tur Calui-
nus.

pistis

pistis quoque habēdi sunt; qui nō fictitiam
sed ab Apostolis administratā & traditam
confirmationem ex hoc loco demonstrant.
Nec Patrum sententiā ac nostram alio ar-
gumento reuellit Calvinus, quā eo quo-
iam explosimus, de solis visibilibus domi-
Lucam hīc loqui. Ita scriptura sensu depra-
uato, & Patrum expositione reiecta, clama-
nebuloso, *fictitium esse hoc diuinū Sacramentum*
& verbo Dei destitui. *Etiamsi* (inquit) *vetus-*
tissima hanc esse observationem, & multorum
seculorum consensu firmatam, ostendant Papistae,
nihil tamen efficiunt. Quare, Caluine? *Non est*
ra (inquit) *est Sacramentum, sed ē calo: non ex ho-*
minibus, sed ex Deo. Deum suae confirmationis quo-
thorem probent oportet, si Sacramentum haberi ve-
lunt. Vide hīc, Lector, solemnem & ordina-
riam haereticorum fraudē cum summa im-
pietate coniunctam. Scripturam flagrantem
qua Sacramentum confirmationis probe-
tur. Adfertur Scriptura, ex vetustissimorum
Patrum expositione & tot seculorum praxi
atque consensu in hunc sensum accepta.
Nouum sensum adfert haereticus, & vnus
contra omnes audiri vult; Scripturam in-
uerit, deprauat, corrumpit, moxque ex-
clamat, *Non habet testimonium in Scriptura hoc*
Sacramentum. Scilicet vt Calvinus peruer-
tit, non habet. Non igitur quaestio iam est
an in Scriptura testimonium habeat hoc
Sacramentum; sed an Scripturam rectius in-
telligat

Institut.
lib. 4. cap.
39. nū. 12.

Haereticorū
hodie
fraus im-
pia admo-
dum no-
tanda.

telligat post tot secula Calvinus, quàm tot
 seculorum vetustissimi Patres. Sic non de
 Scriptura, sed de hominum inter se autho-
 ritate & iudicio quæstio est. Cur autè Cal-
 uino credatur, vetustissimis Patribus non
 credatur, nulla ratio est; nisi quòd suus cuiq;
 animus pro ratione hæreticis est: quorū sine
 ratione hæc vox est: Magis vni Caluino
 credo, quàm Patribus tot seculorum omni-
 bus. Sic enim apud nos Puritani scripserūt,
reprehensionibus minus obnoxii esse veterum omnium
expositiones rejicere, quàm Caluini ac Beze de
sensu Scripturæ iudicium refugere. Ita ad omnes
 quascumque hæreses, ad quælibet noua pla-
 cita in orbem introducenda, hæc vox insa-
 na, rabida, hæretica (vnum enim eligit vt
 omnes contemnat) viam latissimam ape-
 rit. Cæterum Calvinum in suo sensu insa-
 nire, sibi quæ ipsi contradicere, satis iam su-
 pèrque cuilibet æquo Lectori patefecimus.
 Iam verò vocis sacrilegæ, *non nisi semichristia-*
nos esse quibus manus nondum fuere impostæ, au-
 thorem proferre debuit mendax magister,
 vt loco inspecto tota rei veritas elucesce-
 ret. Sed qui malè agit, odit lucem; & in ge-
 nere accusare, maledicere, mètiri, cuius ne-
 buloni in promptu est. Videamus quæ in eo
 sequuntur: *Omittimus quòd oleum addiderunt*
manuum impositioni. At qui istud addiderunt?
 Sanè ipsi Apostoli, quod viri Apostolici &
 Apostolorum tēporibus proximi adeò cla-
 re testati

Contro-
 uersarū
 de reli-
 gione
 quæstio-
 nes hodiè
 quales.

Olei in-
 unctio ab
 Apostolis
 addita.

G

rè testati fuerunt, vt ex hac olei materia
chrismatis seu vnctionis vocabulo, istud Sacra-
mentum frequentissimè nuncupauerint.

Eccles.
Hietar. 6.
4. par. 3.
In lib. de
baptismo.
De Spiri-
tu Sancto,
cap. 27.
Epist. 70.
Dionysius Areopagita his verbis: *Ei qui sa-
cratissimo regenerationis mysterio consecratus est,
aduentum Sancti Spiritus consummans inunctio lar-
gitur vnguenti.* Tertullianus hoc modo: *Egressi
de baptismo perungimur benedicta vnctione: Ba-
silius: Benedicimus aquam baptismatis, & oleum
vnctionis, insuperque ipsum qui baptizatur. Cy-
prianus eo antiquior: Vngi necesse est eum qui
baptizatus est, vt accepto chrismate, hoc est, vn-
ctione, esse vnctus Dei & habere in se gratiam
Christi possit.* Augustinus frequenter: *Sacra-
mentum Chrismatis sacrosanctum est, sicut ipse ba-
ptismus. Vnctio spiritualis ipse Spiritus S. est, cuius
Sacramentum est in vnctione visibili.* Ambro-
sius: *Supere est spirituale signaculum, quia post fon-
tem supere est vt perfectio fiat.* Cyrillus Hiero-
solymitanus in hæc verba: *Sanctum hoc vn-
guentum est charisma Christi, quod aduentu Spiri-
tus S. per ipsius diuinitatem energiam habet. Huc
aduocari & Concilia possunt antiquissima:*

Cōtr. lib.
Petilian.
lib. 2. cap.
cap. 104.
de bapt.
cont. Do-
nat. lib. 3.
cap. 16.
de Tri-
nit. lib. 15.
De Sacra-
ment. lib.
3. cap. 2.
Catech.
mytt. 3.
* Can. 48.
* Can. 17.
* Can. 3.
Hæret.
fab. Lib.
3. in No-
uato.
Can. 7.
* Laodicensem, * Arelatensem 2. * Aurelianen-
sem, & alia. Sanè Theodoretus Nouariano-
rum quandam hæresim ex hoc ipso obser-
uat, quòd sacro chrismate suos non inunge-
rent: quos propterea ad Catholicam re-
deuntes Patres Laodiceni sancto chrismate
inungi iubent. Sed hoc totum sibi hoc loco
omittendū cēssit Calvinus, nisi quòd adhuc
postea

postea aliquem huic sacrae unctioni dentem
caninum infigere decreuit. Sic enim profe-
quitur paulo post, eorum quae antea dixerat
repetitione interiecta: *Verum accessit execra-
bilis blasphemia, quod baptismo dixerunt tantum
peccata remitti, Spiritum regenerationis conferri per
putidum illud oleum, quod sine Dei verbo inuhere-
ausi sunt.* Atqui est haec ipsius Caluini non so-
lum execrabilis blasphemia, quod sacratissi-
mum *chrisma* (sic enim Patres Laodicensi lo-
quantur) & *benedictam unctionem* (vt Ter-
tullianus loquitur) siue *Sacramentum chrismi-*
tis sacrosanctum (vt Augustinus sibi loquen-
dum putauit) ore impuro ac putido *oleum*
putidum vocare est ausus; sed praeterea calum-
nia execrabilis, quod vel hodie Papistas, vel
olim vltos veteres Patres in hoc confirma-
tionis Sacramento Spiritum regenerationis
conferri docuerint. Sed hi sunt Caluini ad
Dei verbum commentarij: foedis ac spurcis
mendaciorum stercoribus, lectoris sui os op-
plere. Nam neque sine verbo Dei hoc
oleum sacrum veteris Ecclesiae Patres in-
uexerunt (aliud est hoc Caluini mendacium)
sed iuxta Dei verbum, ex Apostolica tradi-
tione acceptum, illud pro Sacramento
agnouerunt.

Can. 48.

vbi su-
pra.

vbi su-
pra.

Commē.
tarij Cal-
uini quid
lector
porrigat.